Ill.e Sig.r Rodano

8145

78

Anm.

zu 18 A)B)

87

Adì 6 [illegible] 1780 S. V. Presentato in questo Officio della Sanità al Mag.to alla S.tà di Corfù dal chiaris. [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] gli fu restituito [illegible]

Alessandro [illegible] Cancell.r alla S.tà

Adì 19: 9bre 1787: S: V: Corfù

Presentato nell'Ufficio della Canc.ria alla Sanità dal D.r Martelo=
lin [illegible] in ordine al proclama del Sud.to Collegio; quale registr=
rato gli fu indi restituito

Alvise [illegible] Canc.r alla Sanità =



IN DEI ÆTERNI NOMINE AMEN.

UNIVERSIS, et singulis presens hoc Publicum Doctoratus Privilegium visuris, lecturis, et audituris, Nos Leopoldus Marcus Antonius Caldani Bononiensis, Ad Theoricam Ordinariam Medicinę. et etiam Ad Anatomen Ordinariam Medicinę. jure ac titulo Primarii Professoris. in Patavino Archilyceo P. P., Inclytiq. ordinis d. d. Philos. et Medic. Doctor.^{rum} et Professor.^{rum} Auctoritate Veneta Preses, salutem in EO, qui est omnium vera Salus.

Significamus vobis, declaramus, et harum litterarum tenore fidem facimus, et attestamur, qualiter die infrascripta datarum presentium Nos Preses antedictus Auct. Veneta juxta antiquam et approbatam Consuetudinem, ac Privilegia Almę Universitatis Patavinę, quibus fungimur in hac parte sub regimine Ill.^{mi} ac R. D. Josephi Toaldi Vicetini, Prepositi SS. Trinitatis. Ad Astronomiam Geographiam & Meteora. P. P. Almęq. Universitatis d. d. Artist. ejusdem Academię Pro-Rectoris ac Syndici dig.^{mi}, qualiter inquam per venerabilem consessum Exc.^{m} doctorum et Professorum in pref.^{a} Academia Preclariss. d. MANDULINUS AZZAR Hebreus filius quondam domini Nathan CORCYRENSIS adductus est ad Nos quem a Promotoribus suis de meliori nota commendatum et oblatum ad subeundum suum Examen doctrinę, quod rigorosum vocant, Punctis Ei in Philos. et Medic. hesterna die sorte eductis, et pro more hujus Academię Eidem assignatis,

assignatis, hodie diligenter, et acriter examinari coram Nobis, atq. excuti curavimus: Ipse autem locis persequendis, argumentis tractandis, questionibus et oppositionibus clare solvendis, casibus explicandis, et curationibus proponendis ita se gessit, ut magnam sui expectationem plene sustinuerit; Quamobrem ab Exc.mis Inclyti ordinis prefati doctorib. et Pub. Prof. unanimiter et concorditer, cunctisque suffragiis, ac eorum NEMINE PENITUS atq. PENITUS PENITUSQ. discrepante aut dissentiente, idoneus, et aptissimus, Philosophus et Medicus fuit judicatus, ac merito quidem approbatus, sicut ex eorum omnium et singulorum suffragiis, secreto in scrutinio Nobis porrectis, evidenter constitit. Nos itaque antiquam sequentes consuetudinem, ac sententiam Privilegiorum Patavine Academie, habita ratione scientie, eloquentie, facultatis interpretandi et methodi curandi, quorum omnium certissimum specimen exploratus et pertentatus dedit, de consilio et sententia omnium Exc. predicti venerandi consessus Doct.m et Patrum presentium et hoc ipsum postulantium, pro tribunali sedentes eundem preclariss. D. MANDULINUM AZZAR Virum quidem doctissimum in DEI Nomine doctorem Philos. et Medic. approbavimus et approbatum esse volumus, pronunciantes et declarantes Eum esse optime habilem, idoneum ac dignum officio munere, dignitate et honore Doctoratus in Philosophia et Medicina: ipsumq. continuo Philos. et Medic. Doctorem publice et solemniter fecimus et creavimus, ac per presentes Litteras facimus et creamus: tribuentes Ei tanquam vere idoneo, ac optime merito, et hac promotione, honorisq. apice dig.mo liberam et plenariam potestatem Cathedram magistralem ascendendi atq. Insignia doctoratus a Promotoribus suis petendi et recipiendi, ipsisq. Promotoribus illa eidem impertiendi liberam facultatem, ut inposterum libere ac plenarie publice ac privatim, in quibuscumq. Philosophicis, et Medicis disciplinis in toto Orbe: legere repetere consulere, disputare, questiones terminare, controversias decidere, et practicare possit, atq. earum singulas partes aut universas profiteri, docere, glossare, interpretari, et commentari, omnemque Philosophiam et Medicinam facere, scholas regere Baccalaureos instituere, omnibusq. et singulis uti, frui, et gaudere privilegiis, prerogativis, exemptionibus immunitatibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, favoribus preminentiis, beneficiis, gratiis ac indultis aliis quibuscumq. quocumq. nomine censeantur, quibus alii doctores Alme Parisiensis, Salmaticensis, Papiensis et Bononiensis Academie ex quibuscumque Ecclesiasticis vel Temporalibus Concessionibus, aut Indultis, gaudent et utuntur, vel uti et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, juxta formam Privilegiorum Alme Universitati Nostre, Patavine antiquitus et absolute concessorum. Quibus ita gestis, et declaratis,

ut

ut supra Perillustris et Exc.mus Philosoph. et Medic. doctor R. P. D. Hieronymus Barbadicus Venetus C. R. Congr. Somasch. Ad Philosophiam Ordinariam. et Promotor ejusdem in Philos. et Medic. pro se ipso ac aliis perillustribus et Exc.mis Philos. et Medic. doctoribus videlicet. D. Jo. Fortunato Bianchini Neapolitano, Ad Pract: Ordinariam Medicinę. jure ac titulo Primarii Professoris. D. Joanne dalla Bona Veronense Ad Practicam Medicinę in Nosocomio. jure ac titulo Primarii Professoris. D. Antonio Co: Pimbiolo de Engelfredis Patavino. Ad Theoricam Ordinariam Medicinę. D. Josepho Bertossi Utinense. Ad Practicam Ordinariam Medicinę. D. Alberto Zaramelino Patavino Ad Philosophiam Ordinariam. D. Simone Stratico Veneto. Ad Mathesim Nauticę Theoriam, & Experimentalem Philosophiam. omnibus publice legentibus memoratum Virum per suam luculentissimam orationem petentem et acceptantem consuetis Insignibus ac Ornamentis doctoralibus ibidem decoravit solemniter, et publice insignivit, tributiq. eidem Philos.e et Medic.e Libros primo clausos, mox et apertos, annulumque aureum digito ipsius indidit ac Birretum doctorale pro Laurea Corona capiti ejus imposuit pacisq. osculum eidem exhibuit cum magistrali Benedictione. Sic itaq. summa cum laude et honore ingenti preclarissimus et Exc.mus D. MANDULINUS AZZAR ad summum doctoratus apicem Philos. et Medic. DEO favente, pervenit.

Cum uero predictus Ex. D. MANDULINUS AZZAR Hebreus fil. q.m d. Nathan CORCYRENSIS subditum se Ven.e Seren.e Reip.e legitime probauerit, atque Origine, et Domicilio se Vltramarinum esse, sed usus Priuilegio subditis ultra mare natis, et habitantibus concesso publicis, priuatisq. lectionibus per Quadriennium non interfuerit, neque pub.a Examina annuatim in hac Alma Vniuersitate subierit ideo juxta Decretum Ex. Ven. Senatus die XXVIII Decembris 1776. neque in Inclyta Venetiarum Vrbe, neque in aliis continentis Terre Locis Ven.o Dominio subjectis Medicinam actu exercere poterit, sed tantumodo in Regionibus Vltramarinis. In quorum omnium et singulorum suprascriptorum fidem

fidem ac testimonium has nostras patentes Privilegii Litteras manu nostra subscriptas et Sigillis D. Marci Veneti Almeq. Universitatis D.D. Artistarum corroboratas, chirographo etiam Cancellarii ejusdem Universitatis jussimus communiri.

Actum et datum Paduæ in loco solito Examinum Academiæ Patavinæ Anno à Christi Nativitate MDCCLXXVIII. Indictione Romana XI. Die vero Lunæ XXVIII. Mensis Septembris, Principatus autem Sereni Principis Nostri D. D. Joannis Aloysij Mocenico Ducis D. D. Venetorum Anno XVI. Præsentibus ibidem D. Andrea Luchetta et D. Francisco Fedrigo Bidellis et aliis quampluvimis diversarum Nationum testibus ad præmissa vocatis, et rogatis.

L. D. O. M.

L. M. A. Caldanius P. P. P. et Præses.

Joseph Jacobo P.P. Acad.c ac Syndicus

Hieronymus [illegible] P.P. et Promotor.

Ego Mattheus Zivo D.r fil. Sanct. Ven. Auct. Pub. Pat. Not. ac Aug.i Colleg. Ven.i Ex. Ex. D. D. Phil.e ac Med.e Doct.m Prof.m hujusce celeb.e Patav.e Acad.e Cancellarius supra.i D.ni Mandulini Azzar hebrei Corcyrensis fil. D. Natham in Phil.a ac Med.a nem.e penit. atq. penit. dissentiente approbati pres. Privileg.m subscripsi hac die vigesima octava Septemb. Anno Milles. Septing.o Septuag.mo octavo. A. L. D. O. M.

L

Ego Augustinus Cavignato Patavinus scripsi.

Nos Joannes Dominicus Sola Prior Medicorum
Phisicorum Legitimum esse affirmamus

Ego Antonius Scipioni Almi Collegii Medicorum
Physicor.^{um} Venetiar.^{um} Consiliarius affirmo ut supra.

Ego Ant.^{s} M.ª Cavaliere Almi Collegii Medicorum
Physic. Venet. Consiliarius affirmo ut supra

Ego [illegible] Doctor Almi Collegii [illegible]
Socius Syndicus [illegible] et Depositarius [illegible] Doctor Medicina
[illegible] [illegible] hoc registravi Lib. I. n.^{o} [illegible]
et Collegii Sigillo firmavi

Veduto dagl'Ill.^{mi} et Ecc.^{mi} Sig.^{ri} Sopraved.^{ri}
e Prov.^{ri} alla Sanità il p.^{nte} Privilegio di Medicina ottenuto in Padova li
24 7bre 1778 dall'Ecc.^{te} Sig.^{r} Mandolin Azzar Ebreo q.^{m} Nathan da Corfù
resta q.^{sto} approvato, e licenziato ad hoc

Dato dal mag.^{to} all'Ecc.^{ma} Sanità li 7 Giug.^{o} 1782.

Antonio Coppelli p.^{r} Sop.^{r} Prov.^{r}

Domenico Rezzonico Cav. Kav. [illegible]

[illegible] Marcelli [illegible]

Giacomo Giustiniani [illegible]

[illegible] Sagredo [illegible]

Giuseppe Ricardi [illegible]

22 Ianuarii 1803

Vidit Piccioli Rex. Consiliarius Subdelegatus

Venetiarum

Nos Praeses, Propraeses et a Secretis Almi Collegii Medici Corcyrensis, Legitimum esse hoc Doctoratus Privilegium firmamus.

Die [illegible] Septembris 1804

Ioannes Lascari Praeses, Phil. et Medicinae D.r

Antonius Marulli Pro-Praeses, Phil. et Medic. D.r

Ioannes Franciscus Zulatti Phil. et Med. D.r a Secretis

Visto dai Nobili U. Provved.ri alla Sanità il presente Privilegio di Medicina ottenuto in Padova li 12 [illegible] 7bre 1782 dall'Ecc.te D.r Mandolin Azzar Ebreo, lo hanno la Nobiltà Loro approvato, e licenziato d'hoc.

Dato dal Magistrato alla Sanità di Corfù li 24 ottobre 1804 S. V.

Stelio Plessopulo P.re alla San.tà Presid.te

Zorzi Iustacchi P.re alla S.tà

Carlo Manessi P.re alla San.tà

Andrea Xindaghi Nodaro alla Sanità

Azzar, Menahem di Natan
Medical diploma 1778

Doktordipl. v. Univ. Padua
dto 28/9 1778 für Menahem
(Mandolinus) b. Nathan
Azzar

18. (כתב יד) סדר תפלות מנהג קורפו. כולל סדר שחרית של שבת וראש חודש. — מוסף לשבת וראש חודש. — סדר שבת וחנוכה. — סדר לשבת שקלים, זכור ופרה. — לשבת החודש ושבת הגדול. — בסופו פיוט נאה לר׳ משה ב״מ ויואנטי מתחיל: „משיח יבא ויגאלנו...״ ובראשו בכתב מאוחר שיר חדש ר״ת מנחם בכ״ר נתן עזר[1]) מתחיל: „מרום צור שמך ברכתי...״
ס״ב דפים כת״י מרובע יפה עם נקודות על נייר כמו קלף בתבנית 16′.

---

[1]) על ר׳ מנחם בכ״ר נתן עזר יש בידי

A) Doctordiplom phil. & med., ausgestellt von der Universität in Padua ddo. 28. IX. 1778 für Menachem (Mandolino) ben Natan Azzar. — 8 Seiten Quart Pergament mit Illustrationen.

B) Diplom über Chirurgie für Menachem di Natan Azzar ddo. 1. 4. 1761 in Corfu. — Einblatt Grossfolio mit Aautographen.

ג) כן יש בידי: כתובה נכתבה י״ד יום לחדש ניסן שנת ה׳ תק״ם. שם החתן: הרופא המובהק מנחם עזר בן... נתן עזר. שם הכלה: רבקה בת יצחק קרידו. שם העד הראשון: חיים שבתי בכמוהר״ר יוסף הכהן. שם העד השני: רפאל אברהם בלא״א שבתי שמו. עם ציורים יפים (בשלל צבעים גם צבע זהב) י״ב מולות, עקדת יצחק, חלום יעקב ועוד ציורים

ד) כן יש בידי כתובה נכתבה על קלף ממשפחת עזר, כנראה לאחותו של ר׳ מנחם עזר